

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. X

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

## DE ARCHITEC. LIB. VII. 181

quod id genus uene posita est inuentum Hispaniae regionibus, ex quarum metallis gleba portantur, & per publicanos Romae curantur. Ex autem officine sunt inter eadem Flora & Quirini. Vitiatur minium admixta calce. Itaq; si quis uelit experiri id sine uitio esse, sic erit faciundū. Ferrea lamina sumatur, in ea minium imponatur, ad ignē collocetur donec lamina candescat, cum ē candore color immutatus fuerit, eritq; ater, tollatur lamina ab igne, & si refrigeratum restituatur in pristinum colorem, sine uitio se esse probabit. Sin autem permanerit nigro colore, significabit se esse uitiatum. Que succurrere potuerunt mibi de minio, dixi. Chrysoe colla apportatur à Macedonia, fuditur autem ex his locis, qui sunt proximi aerarijs metallis. Minium & indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur.

### DE COLORIBVS QVI ARTE FIVNT.

C A P. X.

INGREDIAR nunc ad ea, que ex alijs generibus tractationum temperaturis commutata, recipiunt colorum proprietates. Et primū expontam de atramento, cuius usus in operibus magnas habet necessitates, ut sint notæ quemadmodum præparentur certis rationibus artificiorum ad id temperaturæ. Namq; edificatur locus, uti laconicum, & ex politur marmore subtiliter, & leuigatur: ante id, fit fornacula habens in laconicum nares, & eius præfurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur: in fornace resina collocatur. Hanc autem ignis potestas urendo cogit emittere per nares intra laconicum fuliginem: que circa parietem & cameræ curuatur am adhæret: inde collecta partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarij, reliqua te flores, glutinum admiscentes, in parietibus utuntur.

### LOCA PRAEFVRNIATA VTI LAONI-

corum balnearia & hypocausta.

Z 2 Si autem

centum, neq;  
aurum, eaq;  
n, panni in fi  
coniſſicetur in  
auri corri  
infunditur,  
opter liquo  
n inueniūr.

enim gleba  
tur, & lotio  
Cum ergo  
nem, quas in  
natura & in  
electorijs indu  
crystylijs, aut  
splendores &  
la uirtute co  
s scriba, cum  
scriftilis pat  
uenusto uas  
t si quis sub  
em retinere,  
igni liqueſſ  
onibus inſtr  
aciundo ſuſ  
; puris ſubſ  
; græce dici  
endorem, nec  
Que autem  
deo Romam,  
quod.

Siautem hæ copie nō fuerint parate, ita necessitatibus erit ad ministrandum, ne expectatione moræ res retineantur. Sarmēta aut tædæ schidæ comburantur, cum erūt carbones extinguātur. Deinde in mortārio cum glutino terantur, ita erit atramentū tectoribus non inuenustum. Non minus si sex uini arefacta & cocta in fornace fuerit, & ea contrita cum glutino in opere inducetur, perquām atramenti suaue efficiet colorem, & quo magis ex meliore uino parabitur, non modo atramenti, sed etiam īdīci colorem dabit imitari.



DE CAERVLEI TEMPERATIONIBVS.  
C A P . X I .

**C**AERVLEI tēperationes Alexandriæ primū sunt inuentæ, postea item Vestorius Puteolis instituit faciundum. Ratio autem eius, è quibus est inuenta, satis habet admirationis. Arena enim cum nīri flore conteritur adeo subtiliter, ut efficiatur quemadmodum farina, & eri cyprio limis crassis (ut scobis) facta immixta conspergitur, ut conglomaretur. Deinde pilæ manibus uersando efficiuntur, & ita colligantur ut inarescant. Eæ aridæ componuntur in urceo fictili, urceus in fornace ponitur, ita es, & ea arena ab ignis uehementia conferuescendo cum coaruerint, inter se dando, & accipiendo sudores, à proprietatibus discedunt, suisq; rebus per ignis uehementiā confecti, ceruleo rediguntur colore. Vsta uero, que satis habet utilitatis in operibus tectorijs, sic temperatur. Gleba filis boni coquitur, ut sit in igne candens, ea autem aceto extinguiur, & efficitur purpureo colore.

Q V O M O .